

diapason · diapente · diapason acdiapente diatesseron · bis diapason ·

SENTENTIA NICHOMACHI · QUAE QUIB; CONSONANTIIS OPPONANTUR

Sed nichomachus non eandem esse arbitrat̄ur · conuersionem positionem · sed potius ut unitas marichmæicis · crementer erat · diminutionisq; principium · ita etiam diapason sit phoniam reliquarum esse principium · Illas uero sibi in conuersione diuisione posse constitui; Id uero facilius erit cognita · si prius uideatur in numeris; Constituatur igitur unitas · duaeq; ab ea partes fluant · una multiplicis · alia diuisionis; sicque haec formula:

*Unitas ipsa in binario duplici
in dimidio subtrahit*

Et ad hunc modum · ad infinita progressio est; Binarius enim unitatis duplex est; Conuersione uero eius part̄ · eiusdem dimidium unitatis ostendit · Tres triplus · & conuersione part̄ tertia ·



Quatuor · quadruplus · part̄q; conuersione quarta; Acque ita crescenti · & de crescenti · in simplici est unitate principium · Idem igitur · nunc ad consonantias conuertamus · Fit igitur diapason quidem quae dupla est · supremi loco principii; Quae uero reliq̄s · in conuersione diuisione hoc modo · Sesquialter quidem triplo · sesquitercius uero quadruplo · Quod tali argumenti & probabitur · Idem enim primus est sesquialter · qui primus triplus · salicet principalis unitatis · Nam ternarius · idem primus triplus est unitati · idem primus sesquialter · sibi binario comparatur · Rursus idem ternarius · eius differentiae quam ad binarium facit · cuius naturae ueliter positus · probatur esse sesquialter · triplus est · Cum igitur uere sesquialter triplici opponatur · diapente consonantia · diapente ac diapason consonantiae rationabiliter putatur opponi · Rursus quadruplus · sesquitercius conuersionem diuisionem tenet · Nam qui est primus quadruplus · idem rursus primus sesquitercius inuenitur · hoc modo · 1 III IIII

Quaternarius quippe · primus quadruplus I III IIII
si unitati · primus sesquitercius ·
ternario comparatur · Rursus II I
eius differentiae · quam inter se ac ternarium tenet ·
ipse sit quadruplus; Unde fit · ut sesquitercia pro
portio quae est diatesseron quadruplae proportioni quae est diapason · ita
conuersionem diuidatur · Dupla uero quae nullam habet oppositam proportionem ·